

z. B. im Lehnstocker Teiche, am Rande und stets nur da, wo *Phragmites communis* zahlreich vorhanden ist, in dessen Schatten das Pflänzchen in erstaunlicher Anzahl umherschwimmt. Auch hier wie an den andern schlesischen Standorten, sowie auch in den Sümpfen der Etschniederung bei Salurn in Südtirol fand ich die *Aldrovanda* stets in Begleitung von *Salvinia* und *Riccia natans*. Als zweiter neuer Standort ist ein zwischen dem ebenerwähnten und dem Plesser genau in der Mitte gelegener zu erwähnen, nämlich ein Teich zwischen Soran und dem Dorfe Wosczyz, in welchem die Pflanze mit *Salvinia*, *Utricularia indermedia* und andern Wasserpflanzen noch im Oktober 1863 von dem Steuerbeamten R. Müller zu Soran zahlreich gefunden wurde. Ich habe von dem Finder eine grosse Anzahl jedoch leider ebenfalls sämmtlich steriler Exemplare von dieser Lokalität erhalten.

Aus dem Vorstehenden ergibt sich, dass das Vorkommen der *Aldrovanda* bei uns keineswegs ein so beschränktes ist, als man bisher glaubte; ich bin überzeugt, dass sie sich bei einer sorgfältigeren Durchforschung der zahlreichen kleinen Seen und Teiche in der Rybniker und Soraner Gegend, sowie im nördlichen flachen Theile des Teschner Ländchens noch an verschiedenen Orten finden wird.

Breslau, im April 1864.

---

## Descriptiones salicum novarum florum tirolensis.

Auctore A. Kerner.

**3. *Salix sphaerocephala*.** — Frutex subarborescens, ramis erectis elongatis. Ramuli crassi, olivacei, sicut gemmae ovatae obtusae brunneae, glabri vel partim pilosuli. Folia obovato-lanceolata, bis et semissi — ter et semissi longiora quam latiora, undulato-crenata, adolescentia sericeo-villosa, adulta supra glaberima viridia nitidula, subtus cinereo-glaucula, hirsuta-pubescentia, Nervi secundarii ad marginem decurrentes utroque latere 12—18, in pagina inf. prominentes, flavescens, cum venulis anostomotis primae et secundae ordinis reticulum elegans constituentes, in pagina superiori lineis impressis significati, quare folium eximie rugulosum. Stipulae semicordatae, semisagittatae vel semireniformes, angulato-dentatae. Amenta staminigera praecocia, globosa, sessilia, basi foliolis 3—5 squamaeformibus oblongis sericeo-villosis fulta. Squamae oblongae obtusae vel acutiusculae, purpureo-nigricantes, versus basin, pallescentes. Glandula tori oblonga, truncata, flavescens. Stamina duo, antheris rotundis, ante anthesin purpureis, sub anthesi luteis, serius nigricantibus, filamentis inferne pilosis, in basi vel usque ad medium connatis.

Folia 70—90<sup>mm</sup> lg. 20—30<sup>mm</sup> lt. Amenta staminig. 12—18<sup>mm</sup> lg. et lat.


Squamae 1·5<sup>mm</sup> lg. Glandula tori 0·4<sup>mm</sup> lg. Stam. 7=8<sup>mm</sup> lg.

*Salix* quaedam mirifica describitur. — Floret jam ineunte Martio. Folia sunt simillima foliis earum formarum *S. grandifoliae*, quae exhibent folia angusta; amenta vero sunt globosa, fere in modum *S. rosmarinifoliae*. Stamina usque ad mediam partem coalescunt; antherae primum sunt ex purpureo subnigrae, postea, polline ejecto, nigrae, eodem fere modo atque in hybridis, quas *S. purpurea* cum *S. grandifolia* progignit. Neque tamen verisimile est *S. sphaerocephalam* hybridam esse ex *S. grandifolia* et *S. rosmarinifolia* vel ex *S. grandifolia* et *S. purpurea*. Quum enim experientia doceat, hybridas florere plane eodem temporis spatio atque earum parentes, autem et *S. rosmarinifoliam* et *purpuream* post *S. grandifoliam* florere, *S. phaerocephala*, si hybrida illius procreationis esset, post *S. grandif.* demum effloresceret, neque modo contrario ante *S. grandifoliam*. — Si planta hybrida esset ex *S. grandifolia* et *S. purpurea*, etiam amenta non possent esse breviores amentis *S. grandifoliae*, globique forma esset inexplicabilis. — Accedit, quod de *S. rosmarinifoliae* statu et ramificatione nullum criterium apparet, ex quo eam procreationis esse participem statuere possimus. — Itaque accuratior mirificae *S. sphaerocephalae* explicatio interim in medio relinquatur necesse est.

Quum *S. sphaerocephala* amentis numerosis purpureis et globosis, tempore quo floret egregium ornamentum praebet, ad hortorum culturam, summopere est commendanda; quare omnibus, qui hae planta delectantur, surculos nos hortorum in usum missuros esse, magna cum voluptate profitemur.

*S. sphaerocephala* in aliqua proximarum decadum „Herbarii salicum austr.“ dimittetur.

Habitat ad ripas fluvii Oeni prope Oenipontum versus Zirl.



## Zur Flora von Oberungarn.

Von Josef Knapp.

Durch einen Besuch, den ich meinen Verwandten in Lèva (Barscher Com.) abstattete, wurde es mir möglich, die Flora dieses Marktfleckens, die ich im vorigen Jahre nur zu flüchtig berührte diesmal genauer zu erforschen. Auf dem Örhegy, einem Berge gegen St. Benedek, traf ich an: *Achillea nobilis*, *Alopecurus geniculatus* in muldenartigen Vertiefungen, *Anthemis tinctoria*, *Asperula galioides*, *Bupleurum Gerardi*, *Centunculus minimus*, *Dianthus prolifer*, *Geranium columbinum* et *sanguineum*, *Glyceria fluitans* et *spectabilis*, *Gypsophila muralis*, *Juncus compressus* et *effusus*, *Kentrophyllum lanatum*, *Lepigonum rubrum*, *Linaria genistifolia* et *spuria*, *Lythrum hyssopifolia*, *Medicago minima*, *Myosurus minimus*, *Oenanthe*

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Österreichische Botanische Zeitschrift = Plant Systematics and Evolution](#)

Jahr/Year: 1864

Band/Volume: [014](#)

Autor(en)/Author(s): Kerner Josef Anton

Artikel/Article: [Descriptiones salicum novarum florum tirolensis. 240-241](#)